

in a very pleasing manner; but after more and more Air was let in, so the Light and Figures diminish'd, till the Appearance became the same as related in Tryal the first.

---

III. *A Letter from Mr Samuel Dale to Dr Hans Sloane, R.S. Secr. giving an Account of what Manuscripts were left by Mr John Ray, together with some Anatomical Observations made at Padua by the said Mr Ray.*

**H**Erewith you will receive divers *Anatomical Observations*, that were made at *Padua*, by our late learned and most ingenious Friend the Reverend Mr *John Ray*, upon the dissection of some Humane Bodies, by that great Anatomist *Seignior Antonio Marchetti*, and do contain, besides those things which Mr *Ray* did himself remarks, divers Observations of the Operators which did not occur in those Bodies, to some of which Mr *Ray* hath added Notes. To these are subjoyned two Dissections of Mr *Ray's*, viz. of a *Hare*, and the *Mountain Hen*, neither of which can I find published in his Works, nor hath he taken any notice of these Observations in his *Book of Travels*, altho the Charge was very considerable, amounting to 284 *Livres* and 15 *Soldi* of *Venice*.

Besides these, there are in his *Adversaria* many Observations, Inscriptions, Epitaphs, Antiquities, &c. which being collected together, would make a large Supplement to his *Observations* already published.

Nor must I forget his Travels in our own and the neighbouring Kingdom, of which he hath left divers Itineraries: These may not be unuseful to our English Travellers,

vellers, he being as careful in making Observations and Collections at home, as he was in foreign Countries.

Had his Life been protracted but another Summer, he would in all liklyhood have finished his *History of Insects*, for which he had been preparing Materials divers years; this Work being far advanced, doth not deserve to be committed to the Moths, but to be carryed on by some learned and ingenious Person in that Study.

Thus, Sir, I have briefly answer'd the desire of your self and others, in acquainting you with what Manuscripts Mr Ray hath left, which might be useful to the Commonwealth of Learning. I am, &c.

*In Corpore dissecto Patavii a Marchetti observata,  
1omo Decembris 1683, S. V.*

**E**odem modo quo alii *Anatomici* dissectionem exorsus est, *Abdominis* nimirum cutem in crucis formam secando, umbilico tamen intacto.

*Cuticulam* à cute separabat candelam accensam sub cute tenendo, quæ cuticulam in vesicam attollebat, unde facile cam scalpello separabat. Cuticula à cute nisi vel actuali vel potentiali cauterio, i. e. vesicante separari nequit.

Sub *Cute* copiosa *Pinguedo* semidigitum crassa abdomen totum investiebat. Erat autem pinguedo crebris fibrillis veluti fulcris ne diffuerat stipata.

Sub *Pinguidine* panniculus seu *membrana carnosa*, quæ tamen hac in parte carnosa non apparebat; erat etiam & sub membrana carnosa aliqua pinguedo sed parcior. Membranam hanc ille in Brutis duplice esse afferuit, quia Bruta cutim totam movere possunt & corrugare, in homine duplex est in fronte, unde & frontem contrahere & corrugare potest, in no-nuulis etiam duplex est in Occipite, unde & totum Capillitum commovere possunt. Verum alii diverjam rationem assignant horum motuum, nimirum quia in Fronte & Occipite

*mem-*

*membrana carnosa cuti arcte cohæret & in Musculum degenerat, quod probabilius est.*

Tum *musculos abdominis* aggrediebatur, & primum *Oblique descendentes*, qui à medio circiter costarum notarem exorti ferratum cum musculo Thoracis ferrato coaptatur, (ut in suturis Ossium). In parte posteriore musculus dorsi latissimus huic incumbit, atq; idcirco aliquoquinque primum elevandus est.

*Musculi recti* eminentijs, seu processibus ossium pubis lato tendine adnectuntur, superius à cartilagine primæ costæ notræ prope cartilaginem ensiformem utrinq; oriuntur tendinibus nervosis.

*Oblique ascendentes*, à supraea margine ossis Ilii radiofis fibris exorti, venam muscularam recipiunt à ramis *iliacis*. Secundo *Oblique ascendentes*, in quibus nihil singulare, ortum habent à summitate ossis Ilii: Tendo ejus duplex musculos rectos veluti amplectitur: Una se. ejus pars musculo recto incumbit, quæ antequam dimidium latitudinis musculi superavit, cum tendine oblique descendenter artissime cohæret, vel potius in unum coalescit, ut nulla arte possit separari: Altera sub musculo recto eodem modo cum tendine muscularum transversorum coalescit. Venam accipit à Musculâ dictâ quæ à ramo Iliaco oritur.

*Musculi recti* duas tantum habuere inscriptiones nervosas, cùm in alijs 3. alijs 4. aut. 5 habeant, ut observat Veslingius. In his Musculis observavimus anastomoses venæ Mammariæ internæ & venæ epigastricæ.

*Musculi transversi* à processibus vertebrarum lumborum oriuntur; non autem Musculi oblique ascendentes illis vertebris annectuntur ut ille observat.

Musculos etiam *pyramidales* in hoc cadavere observavimus, qui rectis oblique incumbunt.

Ob. 1. Pinguedo in dorso Fœminarum liquidior & mollior est quam in maribus.

2. Cutis in ijs quæ pepererunt circa Iliæ corrugatur, in Virginibus non item.

3. Vena, Arteria & Nervus semper se mutuo comitan-  
tur, arteria ad dextram, vena in medio, nervus ad fini-  
stram.

4. Sub musculis supra peritonæum prope lumbos copio-  
sam observavimus pinguedinem, unde in hac parte facile  
à peritonæb separantur musculi, verum prope lineam al-  
bam cum tendinibus muscularum arctissimè cohæret ut  
nulla arte separari possit.

5. Musculos etiam in originibus seu capitibus suis ten-  
dines habere afferuit.

6. Incepit difficare musculos à capitibus seu originibus,  
quia ita motus seu usus musculi in motibus facilius dif-  
cernitur.

7. Caveendum est Chirurgis ne musculos transversum  
ad fibras fecent, quia ita periculum est ni nervis ( qui sem-  
per cum fibris parallelis decurrat ) dissectis, convulsiones  
orientur.

8. Si quis velit rectè difficare & separare musculos, de-  
bet accuratè observare fibras, earumq; ductum sequi.

9. Musculi transversi tum in initio, tum in fine latam  
habent tendinem membranosam.

Ostendit tum nobis *vertebras lumbares*, numero quinque ;  
singulæ processus 7. obtinent, spinatum unum, transversos  
duos, obliquè ascendentibus duos, & obliquè descendentes  
duos : Obliquè ascendentibus inferioris cum obliquè descen-  
dientibus superioris per Ginglymon articulantur : Verte-  
bræ verò ipsæ per harmoniam , cavitas sci. superioris  
gibbum seu protuberantium inferioris recipit.

*Os Sacrum* ex 6 componitur ossibus nonnunquam, com-  
muniter 5 ; cum è 6 constat, no *coccygis* tria tantum ha-  
bet ossa, cum è quinque quatuor. *Os coccygis* interius  
curvatur ad commodiorem lessionem.

In difficulti parti, *Chirurgus* immittendo digitum in *Is-  
testinum rectum*, & retrahendo seu reflectendo *Os Coccygis*  
partum facilitare potest: Quod & *Marebitus* se fecisse  
afferit.

*Os Sacrum magna habet foramina ad egressum nervorum.*

Afferit ille Ossa hæc quæ pelvim constituant in foeminis ampliora non esse quam in viris pro ratione corporis, ut alii afferunt.

*Os Ilium, Os Pubis, & Os Coxæ seu Ischion in adultis in unum velut os coalescunt, in Infantibus distincta sunt, & cartilagine juncta. Omnia hæc tria ossa femoris acetabulo coeunt, & singula partem aliquam cavitatis efformant. In osse ilio distinxit marginem, costam, dorsum, sinus ducit, superiore unum, super quod nervus è summo foramine ossis sacri egressa transiens ad crura descendit, inferiore unum inter eminentias duas ad commodiorem sessio-*

*nem.*

*Nervi egrediuntur ad latera vertebrarum è foraminibus inter duas vertebrae formatis.*

Ostendit *Viscera & Intestina* in situ, re~~rum~~ scil. *colon* quod omnia intestina circumcinxit ; *cæcum* ad dextrum latus digitus parvi magnitudine, quod ille in foetu & Infantibus nec majorem, nec excrementis repletum unquam inveniri ex sua observatione afferebat. Supra *cæcum* immediate incipit *Ileum*, quod & majus est & excrementis repletum : deinde *Jejunum*, quod & carnosius, & vasis plenius, & magis rubidum, & exrementis vacuum ; *duodenum* ad flexaram terminatur.

Pars illa *Mesenterii* cui *colon* annexitur *Mesocolon* dicitur, reliqua pars, cui tenuia intestina, καὶ οὖν *Mesenterium* appellatur. *Arteria Mesenterica* inferior per totum *colon*, atq; etiam *rectum* ramos spargit, unde *Arteria hemorrhoidalis*, mesenterica superior ad reliqua omnia fere intestina.

*Splen* in hoc cadavere prægandis ultra naturalem mollem. Hoc illæ ebriositati assignabat.

*Colon* in hoc cadavere peritonæo adhærebat.

*Musculi Pyramidales* a processibus seu eminentiis ossis pubis utrinq; orti & oblique ascendentibus tendinibus suis vicinis in *linea alba* terminantur : inserviunt hi urinæ expellendæ comprimendo *Vesicam* autore *Fallopio* ; ubi hi desunt (ut in nonnullis fit) extremitates muscularum rectorum latiores sunt.

Ostendit insuper *venam umbilicalem*, quæ in fissuram hebatis inseritur, & in *ligamentum* degenerat : *Arteria umbilicalis*, quæ peritonæo adnexæ decurrent ad ramos usq; iliacos arteriæ magnæ : *Urachum*, qui pariter adnexus peritonæo ad fundum vesicæ descendit, eamq; sustentat, quinetiam in homine ligamenti duntaxat usum præstare, nec omnino perforatum esse.

Ostendit præterea *uteri tubos*, *uteri ligamenta rotunda*, testes *anuliebres*, & *vasa Spermatica*, nec non *ligamenta lata*.

*Hepatis ligamentum latum*. Hepar in viventibus & sanis non incumbere ventriculo, ac proinde unguenta, foimenta, & epithemata ventriculi regioni exteriùs rectè applicari.

*Ligamenta uteri rotunda* perforant peritonæum & omnes musculos, & deinde divisa unum mittunt ramum ad *Clitoridem*, alterum ad genu usq; q.

*Venas & arterias gastricas* & *gastroepiploicas* ostendit & desecuit accuratè ; verùm in his omnino consentit cum *Veslingio*, quem adi.

*Obs. 1. Bubones* nonnunquam oriuntur etiam in his quæ castæ sunt, verùm in ijs sine suppuratione possunt discuti : *Venerei bubones*, nisi gonorrhœa succedat, semper suppurantur.

2. *Valvulam* in coli initio observavimus ; iliacam passionem *Volvulum* dictum oriri ab inflammatione istius valvulae, quæ impedit ne excrementa descendant, ex propria observatione afferuit ; adeò sc. angustatum vidit foramen ut ne cuspidem aciculæ potuerit admittere.

*Venæ ventriculi* sunt vel propriæ vel communes : Propriæ sunt 1. *Gastricæ sinistrae minores* 3 aut 4. (quarum

prima & brevissima vas breve dicitur) a ramo Splenico vena portæ propè lienem ortæ. 2. *Gastrica sinistra major seu coronaria*, quia in summitate ventriculi sparsa coronæ in modum. 3. *Gastrica dextra seu pylorica*. Communes sunt. 1. *Gastroepiploica sinistra*, quæ a ramo Splenico propè lienem exorta fundum perreptat ventriculi, hinc in ventriculum inde in omentum ramos subinde spargens, in omentum vero unum insignem epiploicam sinistram dictam. 2. *Gastroepiploicam dextram* in hoc cadavere a ramo mesenterico ortam propè pylorum, quæ pariter fundum ventriculi perreptat hinc in ventriculum inde in omentum obiter ramos spargens, maximo suo ramo seu trunco *gastroepiploicae dextræ* per anastomosin conjuncta. Est hæc vena insignis & unum præ cæteris memorabilem emittit ramum epiploica vena dextra dictum.

In fundo *vesiculae felleæ* nulla sunt conspicua vasa quæ bilem eo deducant, sed *pores* *sitantes* quædam quæ bilem transmittunt, & proinde cum separatur vesicula ab hepate humor biliosus manifestè exudat. Quinetiam capillares quædam venulae ab ipso hepatis parenchymate in membranas vesiculae sparguntur adeò, ut sine effusione sanguinis ab Hepate dividi nequeat. Afferit vesiculam felleam quâ parte hepatici conjungitur simplici tantum membrana constare, alibi dupli.

*Mesatus cysticus* ubi in ductum communem terminatur valvulum non habet, sed *ostium* tantum, quod refluxum bilis impedit.

*Hepar* 3 habet sinus, unum in quo jacet cystis fellea, alterum in quem intrat vena umbilicalis, tertium ubi transit vena cavæ truncus.

*Cystis fellea* arteriam habuit grandissimam, venas parvulas. Observasse se dixit ubi arteria regna est, ibi venam esse parvam quæ ei respondet, & vice versa: Non credo.

1. Afferit præterea, ubi meatus cysticus obstruitur, Opiniones  
icterum flavum oriri, ubi porus cholidochus, iæterum <sup>Hæc hæbit vi-</sup>  
nigrum. <sup>probabilis.</sup>

2. Vasa venæ portæ & cavæ in hepate non conjunguntur per oscula, sed per harmoniam aut incumbentiam mutuam vasorum.

3. Vena portæ intra hepatis parenchyma non induit membranam novam.

4. Se vidisse venas lacteas in ipsum venæ portæ truncum insertas.

5. Se nunquam potuisse invenire neq; credere dari ullum commune receptaculum chyli : *Experientia mea contrarium evincit.*

6. Se vidisse ramum insignem ductus chyliferi in pancreas desinentem.

7. Se putare usum lienis esse, separare bilem atram a sanguine, eamq; una cum sanguine ad hepar transmittere per ramum Splenicum, ubi per meatum cholidochum expurgatur in intestina.

8. Se putare venas lacteas chylum exugere ex intestinis, eumq; ad pancreas differre, cuius usus est eum ulterius perficere & exaltare, partemq; excrementitiam in intestina per novum vas *Virfungianum* ablegare.

9. Se vidisse venas lacteas in mesocolo ad intestina sparsas ; quod proculdubio verum est. *Veræ nobis vise.*

10. Venas hæmorrhoidales externas a vena cava non oriri, sed ramos esse venæ portæ : Ejus autem furculos extemos cutim etiam ipsam perforare, & in tubercula sub cuticulâ desinere ; & his applicantur Hirudines. Oritur Hæmorrhoidalis vena aliquando à ramo splenico, aliquando à mesenterica, sèpissime in ipsa divaricatione venæ portæ. Vena hæc ramos suos spargit per totum mesocolon.

*Mesocolon* a mesenterio tenuitate sùa differt.

Arteriæ satis amplæ a cœliaco ortæ træs aut quatuor rami lienem ingrediuntur.

*Vene Splenicae* plures rami per totum lienis parenchyma sparguntur contra *Sylvium*, qui asserit *eas osculis suis duntaxat in lienem biare*, *substantiam verò ejus non penetrare*.

*Obs.* Cum quis ex morbo diurniore moritur, lien nigrat; si violenter moritur, rubicundior est.

*Novum vas pancreaticis & porus cholidochus* eodem in loco duodenum perforant; aliquando diversis foraminibus in intestinum exeunt, ut in canibus fit.

Ostendit nobis in *mesenterio* nervorum plexum; *cui usui qui?*

*Porus cholidochus* in hoc cadavere mihi videbatur esse amplissimus.

*Rex sinister* in hoc & alijs omnibus major est dextro & superius situs, & à trunco venæ cavæ remotius, undè & emulgens longior est. *Huic rei rationem sane probabilem dedit, quia hepar in dextro latere ei incumbens tum illum deprimit, tum augmentum ejus prohibet.*

In dextro latere duas habet hoc cadaver *arterias emulgentes*, unam consueto loco in sinum renum ingredientem, aliam in superiori extremitate.

*Ureteres* in hac foemina amplissimi, quod ille omnibus foeminis commune esse asserit, quia humidiiores sunt, & plus mingunt.

*Glandula renalis* dextra ab ipso venea cavæ trunco veniam accipit; sinistra verò ab emulgente. *Glandulæ interius cavitatem* habent. Dextra ipsi reni incubuit.

*Arteria spermatica* utraque ab ipso aortæ trunco infrà emulgentes sibi mutuo proximè oriuntur. *Venarum altera* ab emulgente, altera nimirum dextra dupli trunco, uno ab emulgente, altero trunco venea cavæ, qui paulo post in unum conveniunt, exoritur.

Affirmavit se vidisse venas lacteas in prægnantibus ad uterum sparsas; quas probabili conjecturâ aquosum illum Serum in quo infans natat ad uterum differri putat. *Venas basæ lacteas in Ove prægnante facillimus inveni.*

*Mesenterium a tribus superioribus lumborum venientia oritur.*

*Monstravit vasa seminalia, que ad testes quidem defertur, eos verò non intrant, sed supra ligamenta latitudine convexum testiculi latus recurrentes, partim in tubos uteri sparguntur, partim in uterum ipsum.*

*Tubi uteri ad utrumq; fundi angulum siti cornibus uteri in animalibus respondent, & sunt omnino cavi, adeò ut ab utero ad extremitates eorum usq; pessit stylus immitti: Tunica eorum interior albicat, inq; ijs sàpiùs reperitur humor serosus albidus, qui *semen muliebre* esse creditur.*

*Testiculi muliebres epididymidibus carent; una extremitate nervosis ligamentis utero annexuntur; substantiam habent molliorem laxiorémque testiculis masculorum. Unus horum exulceratus cavitatem habuit.*

*Quòd testes tami in maribus quam in fœminis ad generationem nihil conducant memorabili imprimis experimento probavit. Canis nimirum masculi testes execuit epididymidibus integris relictis, deinde canem fœminam in cubiculo conclusit per tres annos, nec ullum admisit ad eam canem cum salaxasset præter castratum hunc, qui canem iniit & cum eâ sàpiùs implicatus est. Triennio hæc ter peperit, una vice 7 catulos, altera 9, tertia 5. Resatis explorata fœminam dimisit. Alias duas vel tres historias huic parallelas nobis narravit; unam de Equo castrato relata tamen epididymide una, qui equas sàpiùs imprægnavit, fuitq; in venerem admodum proclivis: Alteram de cane quem ipsius servus execuit: Tertiam de homine quoddam rustico, qui ob bubones venereos utrumq; testem amississe epididymide unica duntaxat manente, qui tamen uxorem duxit, & tres masculos filios genuit. Credit ergo ille testes non alij usui inservire quam quem Aristoteles adfert, nimirum ut sint pondera impedientia ne Spermatica vasa implicantur; & revera vasa seminalia in eos non terminantur, nec transeunt, sed epididymides solum.*

Uteri cavitas perangusta est & minima, verum tunica uteri spissior densiorq; quam ego credidisse.

Ligamenta uteri rotunda non sunt in uterum perforata, verum vasis deferentibus in masculis quoquomodo respondent.

*Orificio internum uteri* in gravidis lenta & viscosa materia observatur, *ut nos sepius in bove observavimus*, adeo ut nihil omnino in uterum penetrare possit: Unde nihil feminis in uterum projici possit, adeoque nec superfœtatio fieri. Narravit tamen nobis se audivisse de muliere quadam rustica in montibus vicinis degente, qui tribus mensibus postquam unam peperisset prolem aliam denuo peperit.

*Os ipsum uteri Tincae pisces* ori persimile, corpus uteri cucubitæ tonsoris.

*Vagina uteri* ampla est atq; intus rugosa, in meretricibus vero longo veneris & assiduo usu rugæ istæ abolentur, & omnino levis evadit.

*B.N.* Ad hanc uteri vaginalm vasa quamplurima (venæ sc. & arteriæ) tendunt, a ramis iliacis interius sive hypogastricis orta, miris plexibus & anastomosis juncta, quæ in superficiem vaginalm sparguntur, & probabile est oscillis suis sive capillaribus extremitatibus in cavitatem ipsius hiant, in eamq; effundunt *Sanguinem menstruum*, quanquam se nunquam horum vasorum orificia potuisse invenire afferit *Marchettus*; nec mirum. Nonnulli ex his ramis in cervicem etiam uteri sparguntur.

In pudendo demonstravit nobis *Labia, Clitoridem* in supremo rimæ angulo, *Alas seu Nymphas* in superiore etiam parte, *Urethram seu meatum urinarium*, & *circulum membranaceum* qui pudendum à vagina uteri distinguit, quiq; in virginibus membrana *hymene* dicto occupatur totus, excepto foramine in medio per quem menstrua defluunt.

In defloratis etiam appareat hic circulus qui pudendum hoc loco coarctat, pone quem vagina laxior & amplior est.

*Vagina*

*Vagina* hæc ultra interiùs uteri orificium inferius percurrit, unde si membrum virile longius quám par est fuerit, ultra orificium interius uteri in hunc sinum sperma projicit, unde uxorem imprægnare nequit.

Ait se observasse etiam in fæminis utero gerentibus uterum suis duos ferè transversos digitos crassum.

*Obs. 1.* Ratio cur virgines coitu liberantur à morbo illo nostratisbus (*The Green Sickness*) est quia membrum virile distendit nonnihil vaginam uteri, & fixione sua restringat orificia venarum, adeoq; menses affluere facit.

2. Locus ubi fœminæ calculo laborantes à *Chirurgo* debent secari est in superiore vulva parte prope labia, *Stylum* in *urethram* immittendo, & super eam secando in carnosæ vesicæ collo.

3. *Urachus* in homine (næ in foetu quidem dum adhuc in utero matris latitat) perforatus non est ex observatione *Marchetti*, sed usum tantum ligamenti ad sustentandum vesicam præstat.

4. Se nunquam in medio ureteris hærentem invenisse calculum, sed semper vel prope infundibulum, vel prope vesicam.

### 16to Decembris.

Ostendit *Musculos pectoris*, & primò *pectorales* dictos, qui inserviunt adducendo brachio ad pectus, horum & insertionem q. in *Keßling*. deinde *Musculos serratos anticos minores*, qui inserviunt humero antrorsum adducendo, & sub pectoralibus siti sunt in processus coracoides inserti.

Tum *musculos serratos anticos majores*, qui inserviant scapulæ antrorsum deorsumque ducendæ ; in basin *aponeurosis* inseruntur.

Post *intercostales externos*, qui ab inferiore latere costæ superioris orti in superiore marginem costæ inferioris inserantur ; & tandem *intercostales internos* qua à superiore margine costæ inferioris orti in inferiorem marginem costæ

superioris terminantur. Horum muscularum fibræ se in-vicem obliquè intersecant in crucis Andreanæ formam : Neutrorum scil. Fibræ ad costas perpendiculares sunt sed obliquæ.

Notavimus *venas & arterias mammarias*; *externas*, quæ ab axiliaribus oriuntur ; & *internas*, quæ à Subclavijs ortæ, & intra cavitatem Thoracis aliquousq; progressæ in duos dividuntur ramos, unus musculos Thoracis perforat & in *mammæ* distribuitur, alter deorsum tendens usq; ad me-dium recti musculi ibidem cum vena epigastrica extremitatibus suis per anastomosin conjungitur.

Dixit se observasse singulos venæ hujus capillares ramulos in singulos mammarum tubulos desinere, & proinde se putare lac non à chylo sed a sanguine generari.

Musculi subclavij a claviculis, ubi acromio junguntur, orti in costam primam, ubi cartilagini sui committuntur desinunt.

Observavimus *Sphincterem & levatores ani* dictos mu-sculos, qui ab infimo ossis sacri, ubi coccygi committitur, oriuntur omnes.

In *ulceribus ani & fistulis* cavendum est *Chirurgia*, nè fibras Sphincteris transversim secent, quoniam ita amittitur facul-tas retinendi excrements.

Vena cephalica dissepit & distinguit musculos pectorales & deltoides.

In collo primùm observavimus *platysma myodes carno-sum*, scil. panniculus hoc in loco in musculum degenerat, qui mento affixus caput deorsum trahit.

Deinde *Musculos Mastoideos* dictos : Tum musculos *di-gastricos*, qui medio suo tendine *Styloceratohyoïdes* musculos perforant.

Ostendit musculos *ossis hyoidis*, quorum sex sunt paria : 1. *Sternohyoïdes*. 2. *Coracohyoïdes*. 3. *Styloceratohyoïdes*.

4. *Thyreo-hyoïdes*, 5 & 6 *Genijohyoïdes* internum & externum.

Præparavit insuper *columellam* cum muculis ei farou-lantibus, quorum duo sunt paria, nimirum *pterygostaphylinum internum & externum*.

Ostendit

Ostendit musculos *Cartilaginis Scutiformis*, quorum  
3. sunt paria. 1. *Sternothyreoides*. 2. *Cricothyreoides*  
3. *Hyothyreoides*.

Musculos *Cartilaginis arytaenoidis*, quorum 4 sunt paria:  
1. *Thyreoarytaenoides*, 2. *Arytaenoides seu Sphincter*, 3. *Cricoarytaenoides laterale*, 4. *Cricoarytaenoides posticum*.

Musculos *pharyngis*, quorum 3 paria: 1. *Stylopharyngeus*, 2. *Sphemopharyngeus*, 3. *Cephalopharyngeus*, qui potius carnosum *esophagi* intium sunt, quam musculi; etiam Musculus *esophagaeus* dictus qui gulam constringit.

1. In *Angina Spuria* inflammantur tonsillæ, in *legitima* Musculi Laryngis, sed præcipue *Arytaenoides*.

2. In *Angina Legitima* ipsius Parens fecit incisionem in laryngem inter duos annulos superiores, fistulâ argenteâ in vulnus immisſa, per quam patiens inspirabat exspirabatque, adeoq; eam curavit. Oportet autem ut Chirurgus incisione facta dividat paulum & diducat curiosè Musculos *Sternothyroides* & *Sternothyreoides*.

3. Dixit se observasse ramulum *ductus Thoracici* sive *cyliferi* ad pericardium tendentem, per quem immisso tubulo inflavit pericardium, unde non absque ratione conjectabatur lympham in pericardium derivatam esse.

4. Pulmo humanus ungulæ bovinæ specie externa similis.

5. Asperæ arteriæ rami seu bronchiæ intra pulmones cartilaginibus angularibus carent.

6. Valvulæ venæ cavæ tricuspides dictæ sunt, arteriæ venosæ mitrales, quia ambæ junctim acceptæ mitram epis copalem quoq; modo representant; valvulæ venæ arteriosæ sigmoides dictæ sunt, aortæ semilunares.

Pericardium in hoc cadavere præter naturam dia phragmati in sua cuspidi erat adnexum.

Observavimus glandulam geminam infra laryngem sub musculis *Sternothyreodeis* ad utrumque asperæ arteriæ latus, quæ in Bronchocele (cui obnoxij sunt Alpium &

*mentium altissimum inculae*) mirum in modum intumescent.

Observavit insuper ductum Thoracicum unum ramulum mittere ad glandulam parotidem.

1800 Decembris.

Præparavit Musculos dorsi, nimirum 1. Musculos *trapezius* seu cuculares dictos à figurâ de quibus abunde *Vesling*. 2. Musculos *rhomboides*, in basin Scapulæ desinunt. 3. *Leveratores Scapulae*, patientiæ & pauperum musculi dicti, quia pauperes cum eleemosyna eis negatur Scapulas levant dicentes, *Oportet patientes esse*. 4. Musc. *latissimum dorsi*, in summitatem cubiti inseritur, & ab officio *Aniscalptor* dicitur. 5. *Serratos posticos minores*, qui superiores. 6. *Serratos posticos majores*, qui inferiores. 7. Musc. *longissimum dorsi*, qui discurrit per totum dorsi longitudinem, initio musculis sacrolumbis unitus, singulis costis duas ansulas seu tendines nervosos largitur, qui se mutuo decussant in crucis formam, ansulæ sci. exteriore sursum tendunt, interiores deorsum. 8. Musc. *Sacrolumbos* qui præcedentibus initio juncti interiùs, & processibus vertebrarum spinatis ad collum usq; protendantur, singulis costis ansulas pariter donando, verùm exteriore hujus ansulæ carnosæ sunt, & non tendinosæ, quemadmodum præcedentis. 9. Musc. *Semispinatos*.

Præparavit insuper Musculos capitis & colli; & primò *Spleni*os dictos, quia Splenem bubulum repræsentant, in occiput inseruntur, atq; etiam (quod non habetur apud *Vesling* alios) tendinem satis validum à reliquâ sūi parte divisum ad processum transversalem 2dæ cervicis vertebræ mittunt. 2. *Complexos*, adeo dictos quod quasi à diversis musculis compositi videntur. 3. *Rectos majores* sive extertios. 4. *Rectos minores* sive internos, a primæ vertebræ tuberculo exortos. 5. *Obliquos superiores*. 6. *Obliquos inferiores*. 7. Muscu-los *mastoideos*. 8. *Longos*. 9. *Scalenos*. 10. *Transverfales*.

les. 11. *Spinatos*, de quibus consuluntur auctores. Tandem præparavit Musculos *Sacros* & *Musculos quadratos*.

Monstravit musculos faciei. In fronte membrana carnosa in musculum degenerat, ibi incipiens duplicari ubi desinunt capilli.

*Obs. 1.* Musculi labia obliquè moventes seu dividentes, *Sardonii* dicti, in morbo illo risu *Sardeo* nimis debent secari.

2. Si caput inungatur pinguedine supra Cranium humanum nascente capillos abunde producit.

3. Qui è Febri maligna moriuntur, iis intestina post mortem livida aut viridi-cœrulea apparent.

4. Non est pericranium à periosteо diversum, verūm periosteum in capite dicitur pericranium, potestq; in plures v. g. 7. vel etiam 10. plagulas dividi.

5. Musculi temporales ob tutelam & ut in situ continentur membranā propriā continguntur, quam nonnulli falso pro pericranio habuerunt. Cavendum est ne hæc membrana lœdatur : Siquidem vulnus ei infictum, non rarò convulsiones excitat, unde & hujusmodi vulnera lethalia habentur.

### 19no Decembris.

Præparavit musculos faciei: Nasi duos, triangulares sci. & obliquos: Oculi, sphincterem palpebrarum: Labiorum, elevatores sci. labii superioris, quorum duo paria; unum ab angulo interiore oculi ortum labiis & naribus commune. Musculi ab osse jugali nati, ideoque *Zygomatici* dicti, in risu *Sardeo* dissecandi sunt. Observavit in nonnullis hos Musculos deesse. *Constrictor* sive *Sphincter* labiorum Musculus nonnullis *Basitorius* dictus. Depressores Labii inferioris ab imo mento extorti, admodum spongiosi ubi pili crescunt. Aliud par, quod Labium inferius & superius simul deorsum abducit, in angulos musculi Sphincteris sive Oris insertum.

Musculos

Musculos maxillæ inferioris, scil. *Temporalem*, *Massetarium*, *pterygoidem internum* & *pterygoidem externum*, qui maxillam sursum trahunt omnes ; *digastricos* deinde, qui deprimunt.

*Not.* 1. In cranio perforando trepano, cavendum est a suturis ; nam si *Dura Mater* (quæ per suturas cum pericranio committitur) lœdatur, periculum ingens est nè ægrotus convulsus moritur.

2. Cerebrum humanum ingens est, corporis magnitudinis respectu habito.

3. In Cerebri ventriculis observavi duo corpora *Hippocampi* & *Bombyces Arantio* dicta ob similitudinem.

4. Cerebrum non pulsat per se, sed Arteriarum respectu : Nam si animalis vivi cranium aperias Cerebrumq; denudes, & ex una parte *Menyngem piam* amoveas cum vasis eidem intertextis, videbis alteram partem pulsare, alteram verò nudam membranâ non item. Afferit seipsum hoc expertum esse, cerebrumq; post amotionem Cranii plùs horæ quadrante pulsasse.

5. Observavimus nervorum par 4. seu *Fallopianum*, qui a posteriore Cerebri parte exorti, ad latera basis Cerebri reptantes, juxta tertium par exeunt.

6. Observavimus plures nervos è 7. conjugationibus non simplices esse, quamvis ex uno foramine exeunt, sed revera divisos & multiplices, nimirum tertium & quintum par ex 4. utrumq; nervis constat, sextum ex 8. vel 10. verùm omnes illi simul sumpti non adeo ampli sunt ac ego putaveram.

7. *Glandula pituitaria major* est in homine & solidior, quam ego in animalibus observare solitus sum.

8. Sub infundibuli membranâ duo nobis ostendit corpuscula alba viciæ magnitudine, testiculi figurâ, quæ fratre suum primùm invenisse dixit, verum habentur piæ apud Vesslingum.

9. In foraminibus Narium maximis observavi 4. corpora, aut etiam plura, oblonga, spongiosa, membranâ tecta, quæ (ut probabile est) Mucum ne defluat impediunt.

10. *Pia Mater* composita videtur ex tunicis venarum & arteriarum, quæ eam crebræ perreptant.

Post aggressus est Oculi dissectionem, in quo Musculos 6. notavit. 1. *Elavatorem, Superbum & Hispanum* dictum. 2. *Depressores, humiles & Capucinos.* 3. *Adductores, bibitores & Germanos.* 4. *Abductores, meretricios.* 5. *Obligantes, & 6. Trochleatores, amatorios* dictos.

Anterior tantum tunica humoris crystallini *aranca* dicitur, posterior pro parte *hyaloidis* habetur.

Observavit Musculos in singulos ingredientes nervos; de Musculis Oculi loquor.

*Vesiculae seminales* ad vasa deferentia, immediate supra *glandulas prostratas*, veluti alæ utrinq; adjacent, originem seu radicem suam juxta glandulas habentes.

*Capsulae Seminales* nihil aliud sunt quam vasa deferentia dilatata immediatè supra glandulas prostatas.

Meretrices in coitu habent artem Vulvas coarctandi, os coccygis protrudendo introrsum, adeoq; coitum jucundorem reddendi.

### 21mo Decembris.

Observavimus in uno cadavere Arteriam Spermaticam inferiùs a trunco Arteriæ magnæ ortam ascendere & emulgentem supergredi.

Vidimus manifestè *Capsulam Spermaticam* perforatam in *Urethram*, atq; etiam in vesiculos seminales, adeò ut in utramque facile stylum admittat. Foramen illud, quod in urethram exit per tuberculum in ipso vesicæ collo, seu carunculam in urethræ initio, valvulam habet quæ impedit nè *Sperma* involuntariè exeat, aut in capsulas regrediatur.

Afferit ille se nunquam invenisse semen in glandulis prostatis, neq; agnoscere ulla foramina per quæ Semen in urethram exeat. Ego aliter sentio, & puto Sperma in hisce glandulis contineri etiam in homine. Putat ille glandulas idè tantum factas esse, ut vesicæ collum comprimant, adeoque conducant ad Semen cum impetu ejaculandum.

In Urethra summa, in glande scilicet penis propè extremitatem, canalis se dilatat & foveolam efficit, in qua si materia aliqua acrior aut putrida stagnet, sive Sperma sit, sive urina, acerrimos dolores creat, & pustulas causat.

Gonorrhæa flava vehementissimos excitat dolores.

Musculos manus dissecuit. Ii autem sunt. 1. *Deltoides*. 2. *Coracoides*, qui humero attollendo inserviunt. 3. *Rotundus major*. 4. *Rotundus minor*, qui humerum deprimit. 5. *Spinatus inferior*. 6. *Spinatus superior*. 7. *Infrascapularis* sive *daversus*; qui humerum circumrotare creduntur. 8. *Biceps*, præcipue notabilis ob duplex initium, quorum alterum in sinu vel foveola ossis humeri capiti insculptâ, velut nervus arcus in fibula, tendine suo immittitur. 9. *Brachiaetus*; qui cubitum flectunt. 10. *Musculus longus*. 11. *Brevis*; qui simul juncti. 12. *Anconeus*; simul cubitum extendunt. 13. *Quadratus*. 14. *Teres*; qui pronatores dicuntur. 15. *Supinator longus*. 16. *Supinator brevior*. 17. *Musculus palmaris*, qui per totam manus volam expanditur. 18. *Flexor Carpi externus*. 19. *Flexor Carpi internus*. 20. *Extensor Carpi externus*. 21. *Extensor Carpi internus*. 22. *Flexores primi internodii*, *Lumbricales* dicti, a tendinibus flexorum 2di internodii orti & carnosí. 23. *Flexores secundi internodii*, *Perforati* dicti, 24. *Flexores tertii internodii*, *Perforantes* nominati. 25. *Abductor minimi digiti*. 26. *Annularis*. 27. *Medii*. 28. *Indicus indicator* dictus præcipue notabilis. 29. *Adductor Indicis*. 30. *Medii*. 31. *Annularis*, 32. *Auricularis*, musculi in formam crucis intra digitos collocati, atq; *Interossei* dicti. 33. *Flexor primi internodii pollicis*

licis. 34. *Flexor adi internodii*, qui in 4 partes dividit test. 35. *Adductor*, 36. *Abductor pollicis*. 37. *Flexor 3tii internodii*. 38. *Extensor primus pollicis*. 39 *Extensor 2dus*. 40. *Extensores digitorum*, qui articulos singulos velut investiunt.

## 250 Decembris.

We saw the operation of cutting a Child out of the Womb, performed in a Carcass by *Marchetti* the younger: This is called *Partus Cæsareus*.

He told us that himself had taken a Child out of the Mothers Womb, after she was dead, which lived 2 or 3 days.

*Incisio facienda est in uno latere; cavendum à linea alba & locis ei vicinis, propter musculorum tendines, qui illi omnes convenient, & si secentur difficilius coalescent: In illo etiam latere, seu ibi, ubi infantis caput existere, seu jacere comprehenditur.*

*In incisione facienda magnam adhibere oportet cautionem, sensim & leniter secando, ne intestina vulnerentur: Postquam Chirurgus Musculos omnes & peritonæum perforaverit, de reliquo debet immittere duos digitos, adeoque omnes musculos & peritonæum attollere, atque digitos sursum versus scalpellum dirigendo secare. Ita cum aperit uterum summopere cavendum est pariter ne foetum vulnerat.*

*Postquam fetus eductus est, vulnus consuendum est ac per omnes musculos & membranas adusto; & fila connectenda sunt in singulis puncturis. Uterus ipse nullo modo consuendus est.*

*Hoc factio in uterum injici debet Decoctum Saniculae, Consolidæ, & aliorum vulnerariorum; item Vinum maximè austерum. Vulneri autem externo abdominis primo applicari debent linctæ albumine ovarum madefactæ, deinde Emplastræ, ut Diapalma &c. quod si vulnus ad suppurationem veniat immittenda est in inferiore partem turunda.*

*Dixit se nūquā potuisse observare ossa pubis in partu separari, nam & ipse in partu difficillimo ei parti manum imposuit, nec potuit sentire ullam disjunctionem aut oblongationem. Habet etiam argumentum ex Hippocrate contra hanc sententiam desumptum à callo, Qui inter ossa fracta aut luxata existere solet, & in futurum horum ossium separationem impedit.*

10 Januarij.

In a *Hare* dissected we observed the *Intestinum rectum* of a very great length, having large *pilulae* of Dung *secundum intervalla*. I call here the Gut (so far as it had no *cellulae*) *rectum*, though indeed it had one or two convolutions.

The *intestinum cæcum* was of a vast bigness and length : In bigness it far exceeded the *Colon*, and was full of Excrement. Just at the entrance into it out of the *Ileum* was another *appendix* of a globular figure ; the *tunicae* of it more fleshy, and fuller of Veins and Arteries than the adjoining *cæcum* ; there was also a little round hole in it. The *cæcum* towards the farther end of it was small, round, fleshy, full of Vessels, red coloured like the *jejunum* in a Man ; the inner *tunica* granulated, and this for more than 4 inches in length.

The *Spleen* was small and long, thicker at one end, it had no *Vesicula fellea* that I could find ; (*In another we found the Vesicula fellea manifestly* :) The *Kidnies* large, and the Left situate higher than the Right. The *glandula renales* received not their Vessels from the *Emulgents*, but from great Veins on each side going to the Loins.

The *Stomach* was full of Gras (as I conjectured) which smelt like the Wax of an Honey-comb when the Honey is newly drained from it.

It was a Female, and had long *cornua titeri*, but did not *gesture* when we cut it up.

It seemed to have such a cavity under the Tail, above the *foramen ani*, as I have observed in a *Badger*.

I believe now that the Matter contained in the *Stomach* was *Fir* chewed small, the which the smell argued.

2do Januarij.

*In Gallina montana observavi appendices duas prelongas, dimidium ulnae excessisse credo : Ad principium suum ubi a recto oriuntur post 3 aut 4 uncias reflectuntur seu convolvuntur, at in prima hac convolutione nulla intus excrementa continent; tum sursum juxta intestinum utring; ascendunt, & sunt amplissime atq; excremenis plene : Ad ingressum suum ubi intestino recto coherent velut annularem Musculum seu Sphincterem.*

*Hepar satis grande, in duos præcipue lobos divisum. Vesiculam telleam nullam inveni, verum poros biliarios duos magnos diversis osculis non procul tamen diffitis sese in intestinum duodenum aperientes.*

*Lien exiguus triangularis. Ventriculus mediocris, musculosus, cuius interior tunica in duritatem fere corneam concretaverat aliqua sui parte : Cor amplissimum.*

*In ventriculo & ingluvie summitates & germina Abietis frondinum, que apertæ resinaceum & non ingratum expirabant odorem, materiae in Leporino ventriculo contentæ simillimum.*